Sigismundus Augustus, Deigratia Rex Poloniae, Magnus Dux
Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masowiae, Samogitiaeque etc. dominus et heres.

Generoso Hieronimo Buzinski, Zupparum Cracouien Zuppario nostro, fideli dilecto,
Gratiam Regiam. Generose fidelis dilecte. Quum Israel iudeus Cracoviensis debitor
noster factus esset, ratione quatuor millium florenorum polonicalium ex summa
pecuniarum que illi ad coemendum Argentum pro officina Monetaria Wilnen con:
credita fuit. suo debito aiebat se non posse satisfacere. ob debitum etiam Thaur
pro Sabellionibus quos in usus nostros Mag.cus Spithek Jordan de Zaklicim castel:
lanus Sandecen. Regni nri thesaurarius ab illo sub anno M.D.li.o acceperat. quinque
solvendo non esset Generosus Jostus Lodovicus Detius. Carbarius Wielicien. ab ipso
Judeo, in nostro debito Chirographum Mag. castell Sandecen, Regni Thesaurarii,
huic iudeo datum, in summa quatuor millium florenorum polonicalium accipere co:
gebatur. Verum quia istud chirographum ad rationes thesauri spectat regni,
Debitum vero iudei. est officinae monetariae nrae wilnen. Mandamus itaque f. tuae
omnino habere volentes, ut ad chirographum istud Mag. castellani Sandecen
Regni thesaurarii, Generoso Josto Lodovico Detio, carbario Wielicien quaprimum
illud f. tuae offeret, haec quatuor millia florenorum polonicalium per gros. triginta
ex Zuppis utrisque Cracouien, ipsarumque cameris sine perendinatione numeret. ne iam
necessitati officinae monetariae wilnen. diutius haec pecunia differatur. Chirogra:
phum vero Mag. Castell Sandecen. etc. f. tuae, in rone, loco quatuor millium,
florenorum Polonicalium, susceptnri sumus, suscepimusque pntibus. Aliter pro gratia nra
non factura Datum wilne die iii Mensis Octobris Anno domini M.D.lii

Sigismundus Augustus
Rex Sst.

35

Woj. i Miejska Biblioteka Publiczna w Bydgoszczy
BIBLIOTEKA Główna
RKp 1219/28

1552

Die 8 Novembris soluti sunt
quatuor millia flor. ung. habet
[illegible] sacre R. M.

RKp. 1219/28